TRACTATIO SYNOPTICA, DE ARBITRIS COMPROMISSARIIS;

QUAM,

AUXILIANTE DEO,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO AC CELSISSIMO PRINCIPE AC DOMINO, DOMINO

CAROLO MAXIMILIANO,

Duce Würtembergiæ ac Tecciæ, Comite Montisbeligardi, Domino in Heidenheim, &c.

OCCASIONE LIB. IV. DIGEST. TIT. IIX.

PRÆSIDE,

DN. WOLFFGANG-ADAMO Lauterbach/

U. J. D. & P. P.

Ad Dies & Aprilis.

Locis Horisque consuetis,

Publico examini submittunt

WOLFFGANGUS HEINRICUS à GÖLNITZ,

Et

ENOCH HEILAND, Lipsiensis.

TUBINGÆ,

Typis excudebat JOACHIMUS HEIN.

ANNO M.DC.LXXV.

Tractatio Synoptica, De Arbitris Compromissariis; *Occasione* Lib. IV. Dig. Tit. IIX.

I. ARbitri, ab arbitrando dicti, in genere vocantur omnes, quorum arbitrio res æstimantur, gubernantur & disponuntur. *l. 21. C. mandat. l. 52. C. de decurion.* In † strictiori verò significatu Arbitri dicuntur, qui ab aliis, ad arbitrium suum interponendum, sunt electi & constituti; & quidem † vel à Magistratu sive Judice, vel à Privatis. *l. 5. C. de recept. arbitr. l. 7. in fin. C. de feriis. l. ult. C. Ubi & ap. quem in integr restit.* Magistratus † Arbitros constituit in causis bonæ fidei, & arbitrariis Iudiciis, ad integras illas causas cognoscendas & dijudicandas; *l. 38. ff. pro soc. l. 24. ff. deposit. l. ult. ff. rem pupill. salv. for.* vid. *tit. C. arbitr. tutel.* qui † ipsi veri sunt Judices, &, ob liberiorem, quam in illis causis habent, potestatem, passim in jure vocantur Arbitri. vid. §. *30. & 31. J. de Action.* Bachov. *in Comm. ad I. part. Digest. h. t. cap. 1. n. 1.* Interdum † verò Magistratus & Judices arbitros dant ad incidens saltem punctum, illorum vice, cognoscendum & expediendum, *l. 9.*

1. Arbitri qui dicantur in lata significatione;

2. In stricta.

3. Hi eliguntur,

4. Vel à Magistratu ad totam causam,

5.

6. Aut ad causam saltem incidentem.

l. 9. ff. qui satisdar. cog. l. f. ff. à quibus appellar.
7. *non lic. l. 1. §. 6. ff. si quis plus quam per* L. *Fal-*
Qui dicuntur Iudiciales vel Iuris Arbitri. *cid.* qui † à Doctoribus Judiciales, vel Arbi-
tri Juris appellantur. Ioh. Brunnem. *ad d. l. 9.*
n. 1. Frantzk. *in Comm. π. h. t. n. 7.*

1. Vel à privatis; qui vel sunt necessarii sive statutarii, *II.* A Privatis Arbitri eliguntur, vel ex
Legis, sive Statuti dispositione & necessitate,
vid. *l. 16. l. f. C. de Judic.* vid. Bachov. *d. c. 1.*
n. 1. vers. à partibus. ibi: causativa. qui pro-
pterea etiam à Dd. vocantur Necessarij, Sta-
tutarij, & Juris Arbitri; Gail. *1. Obs. 33.*
n. 18. Frantzk. *d. tit. n. 5.* Brunnem. *ad l. 1. n.*
3. ff. h. t. Camill. Borell. *tr. de Compromiss. §.*
2. vel voluntarii; & quidem vel contractuum, *3. gl. 1. n. 51. & seqq.* Vel † ex libera volun-
tate; & hi, Vel ad contractus conciliandos,
aut in aliis rebus & negotiis, ad incertum
quid, boni viri arbitrio, determinandum;
l. 76. & ll. seqq. ff. pro soc. l. 25. ff. locat. l. f. C.
de contrah. empt. quos Dd. Arbitratores appel-
lant. Baptist. à S. Blasio. *tr. de different. inter*
Arbitr. & Arbitratorem. quaest. 1. n. 1. & seqq.
3. vel controversiarum; Vel † ad controversias componendas & fini-
endas; & hoc quidem non uno, sed diverso
4. Et hi iterum vel ad amicabilem compositionem, modo, nim. ut † vel experiantur, an illas, sua
authoritate & consilio, æquos modos sugge-
rendo & suadendo, amicabiliter componere
possint, vid. *l. 13. §. 2. ff. h. t.* Carpz. *J. F. p. 1.*
const. 1. def. 13. n. 1. & seq. qui aliàs Amicabi-
les Compositores, Conciliatores, Mediatores,
5. vel ad deter- ac Proxenetæ. Vel † ut illas, sine omni ju-
dicio-

diciorum ordine, & quasi judiciali disceptatione, nudo suo arbitrio, ex bono & æquo, quid nimir. præstandum sit, definiant; quos ipsos Dd. etiam Arbitratores, Schiedsmänner nominare solent. Gail. *1. Obs. 150. n. 4.* Bapt. à S. Blas. *d. quæst. 1. n. 1. & seqq.* Speidel. *in Specul. voc.* Schiedsmänner. vid. † tamen Tuld. *in Cod. h. t. n. 5.* Bachov. *d. Comm. h. t. cap. 1. n. 2.* Vinn. *lib. 1. select. quæst. 16.* ubi scribunt, hanc acceptationem communiter quidem approbatam, sed jure civili incognitam esse. Vel † ut quasi Iudices, causam controversam, observatô Iudiciorum ordine, & præviâ quasi judiciali disceptatione cognoscant, suâque sententiâ eidem finem imponant. *l. 1. l. 13. §. 2. l. 19. § 1. l. 32. §. 16. ff. h. t. l. 14. princ. C. de Judic.* Hi vocantur † Compromissarij, Iudices Compromissarii, sive ex compromisso, *l. 41. ff. h. t. l. 5. §. 1. & 2. C h. t. l. fin. C. ubi & ap. quem restitut. in integr.* Willkürliche Schieds-Richtere. Speidel. *d. l.* Carpz. *d. def. 13. n. 5.* & sunt hujus tractationis objectum, scitu per quam necessarium.

minationem, & quidem vel simplicem.

6.

7. vel qs. Iudicialem.

8. Qui dicuntur Arbitri Compromissarii.

III. Sunt itaque Arbitri Compromissarii, privati, & quasi, sive conventionales (*a*) Judices, (*b*) qui voluntate partium (*c*) libera, (*d*) ad illarum controversias, (*e*) secundùm Judiciorum ordinem (*f*) cognoscendas, (*g*) & libero (*h*) suo arbitrio definiendas, (*i*) sunt electi, quique hoc ipsum etiam in sese receperunt. (*k*) Sive † qui,

1. Illorum descriptio.

2.

qui, ex libera partium conventione, ſive compromiſſo, acceperunt poteſtatem, illarum controverſias, prævia quaſi judiciali diſceptatione, & obſervato judiciorum ordine, cognoſcendi, ac libero ſuo arbitrio determinandi atque finiendi.

a) *arg. l. 3. C. de Juriſdict. l. f. §. 14. ff. de muner. & honor. l. pen. §. 2. ff. de vacat. & excuſ. muner. l. 78. ff. de iud. iunct. l. 3. §. 1. ff. h. t. l. 1. C. eod.* vid. Carpzov. *J. F. p. 1. conſtit. 1. def. 13. num. 6.* ibi: *ſtandum itaque eſt Arbitrorum laudo, non propter authoritatem ſententiæ, ſed ex conventione & compromiſſo.*

b) *l. 41. ff. l. 5. §. 1. C. h. t. l. ult. C. Ubi, & ap. quem reſt. in integr.*

c) *l. 5. pr.* ibi: *communis electio, ut illorum ſententia ſtaretur, procreabat. C. h. t. d. l. fin.* ibi: *ex communi ſententia electos. C. ubi reſt. in integr.*

d) *l. 7.* ibi: *ſponte electos, C. de fer.*

e) *l. 13. § 3.* ibi: *controverſiis. l. 19. §. 1. à tota controverſia. l. 43.* ibi: *& controverſiis. ff. h. t.*

f) *l. 1. ff. h. t. l. 14. pr.* ibi: *quod iudicium imitatur. C. de Judic.*

g) vid. *l. 3. §. 1.* ibi: *poſt cauſam iam ſemel atque iterum tractatam, poſt nudata utriuſque intima, & ſecreta negotii aperta. ff. h. t. cap. Ex parte 10.* ibi: *qui cauſa meritis diligenter inſpectis. X. h. t. cap. præſentata.* ibi: *qui ſuſcepto arbitrio, adeò in negotio proceſſiſſent, quod productis teſtibus, & depoſitionibus publicatis*

catis, receptisque allegationibus utrorumq; &c. X. de testib.

h) vid. *l. 17. §. 3.* ibi: *puto tale arbitrium non valere, in quo libera facultas arbitri sententiæ non est futura. l. 19. pr. ff. h. t.* non obst. *l. 26. ff. de re iud.*

i) *l. 13. §. 2.* ibi: *finem se sua sententia impositurum. l. 19. §. 1. l. 32. §. 16. l. 37. ff. h. t.*

k) *l. 3. §. 1. l. 13. §. 2. ff. h. t.*

IV. Hi Arbitri Compromissarii sunt vel Generales vel Speciales. Generales dicuntur, † qui ad omnes compromittentium controversias finiendas sunt electi. Et horum compromissum in jure dicitur plenum; *l. 21. §. 6. l. 43. ff. h t.* vid. Bachov. *in d. Comm. h. t. c. 1. n. 5. & in spicilegio. n. 1. ubi d. l. 43. explicat.* ad † futuras tamen controversias, ob strictam ejus naturam, non est extendendum. *l. 46. ff. h. t.* Bachov. *d. l.* Marc. Ant. Blanc. *tr. de Compromiss. faciend. inter coniunctos. qu. 6. num. 11.* ubi *n. 9.* etiam addit, quod hujusmodi generalis arbiter, nec ultra deducta & prosecuta sententiam dicere possit. *d. l. 21. §. 6. l. 43. ff. h. t.* Speciales † sunt, qui ad unam vel plures, sed non omnes compromittentium controversias sunt electi; Bachov. *d. l. in Spicilegio. num. 1.* quique, † ultra ea, quæ in compromissis sunt expressa, officium suum extendere nequeunt. *d. l. 21. §. 6. l. 32. §. 15. ff. h. t.*

1. Divisio.
2. In Generales,
3.
4. & Speciales,
5.

V. Hujusmodi Arbitri Compromissarii con- 1. Causa Efficiens.

constituuntur per liberum Partium Compromissum, & liberam Arbitrorum Receptionem. *l. 14. pr. C. de Judic. l. 11. §. 1. ff. h. t.* Compromissum † hic nihil est aliud, quàm conventio, quâ partes, Arbitros, ad controversias suas quasi judicialiter cognoscendas & dirimendas eligunt, simulque invicem ac mutuo, sese illorum sententiæ staturos, promittunt. *d. l. 11. §. 1. & 4. l. 27. §. ult. ff. l. 5. pr.* ibi: *communis electio, ut illorum sententiæ staretur, procreabat. C. h. t. l. ult. C. ubi & ap. quem cognit. in integr. restit.*

2. Compromissum quid.

An † autem partes, ejus modi Arbitros compromissarios, an verò Arbitratores aut conciliatores & mediatores, eligere voluerint, illud ex tenore & formula conventionis magis, quàm ex electorum denominatione est dijudicandum; maximè cùm multi, etiam prudentes, dictis vocabulis promiscuè utantur. *arg. l. 32. §. 15. ff. h. t. l. 7. §. 2.* ibi: *prior & potentior est, quàm vox, mens dicentis. ff. de suppell. legat.* Gail. 1 *Obs. 150. num. 5. & seqq.* Blanc. *de Comprom. quæst. 1. n. 29.*

3. An Arbitri Compromissarii, an verò arbitratores electi sint, unde cognoscendum.

VI. Hæc autem conventio, quâ Arbitri compromissarii eliguntur, debet esse libera. Compromittere enim est res libera, extra necessitatem Iuris & Iurisdictionis posita. *l. 7. C. de Fer.* ibi: *vel sponte electos. arg. l. 27. §. 2. ff. h. t. verbo: nam & sibi.* W. L. *part. 1. t. 8. §.* Wasfert aber. *pag. 55.* B. Wurmſ. *tit. 3. obs. 1. n. 3.* Goden. *Cons. 42. n. 1. & seqq.* post multos Dd. alle-

1. Compromissum debet esse liberum.

allegat[illegible] [illegible]gism. Scacc. *de Judic. lib. 2. cap. 2. n. 12.* * [illegible] addit, ab hac sententia neminem discede[illegible] eamque adeò veram esse, ut, † si 2.
Iudex [illegible]piam indebitè compelleret, compromiss[illegible] ipso jure nullum esset. *n. 13.* Hunn. *Encyclop.* [illegible] *p. 2. t. 4. c. 3. n. 2.* Principem † 3.
tamen, imò etiam Judicem, ex justa causa, Exceptio.
partes ad compromissum cogere posse, post multos alios Dd. tradit Scacc. *d. c. 2. num. 14. & seqq.* & Hunn. *d. c. 3.* ubi etiam ejusmodi causas justas recensent. Brunnem. *ad l. 3. ff. h. t.* Besold. *ad I. P. W. disp. 1. th. 11.* Licet † 4.
autem Magistratus regulariter Litigaturos ad Compromissum cogere non possit invitos; monere tamen & hortari illos ad hoc debet, idque ad litis molestias & expensas evitandas. vid. Carpz. *lib. 3. Resp 113. num. 1.* W. Landr. *part. 1. tit. 8.* §. Im fall aber. *pag. 56.*

VII. Compromissum jure civili, regulariter, fit stipulatione, vid. *l. 21. §. ult. l. 31. ff. h. t.* & quidem pœnali, certâ nimirum, vel incertâ pœnâ additâ, solvendâ ab eo, qui non steterit sententiæ arbitri; *l. 11. §. 2. l. 13. princ. l. 23. pr. l. 27. §. 4. l. 28. l. 29. ff. l. 1. C. h. t. Novell. 82. c. 11. & passim h. t.* etiamsi adversarii non intersit, arbitri sententiæ stari, *l. 38. ff. de arbitr.* pœnaque compromissa, re controversa minor sit vel major; *l. 32. pr. ff. h. t.* adeò ut etiam ejus duplum excedere possit. *arg. l. 38. §. 17. ff. de V. O. junct. d. l. 38.* Bach. *ad p. 1. ff. h. t. cap. 2. num. 4. p. 1247.* vid. W. Landr. *d. §.* Im fall aber, ibi; uns oder der Parthey. Valet

I. Fit stipulatione, eaque pœnali.

2. Vel ſimplici. let † tamen compromiſſum, licet ſtipulationi nulla pœna fuerit addita, *arg. l. 27. §. f. ff. h. t.* Lanfr. *tr. de Arbitr. part. 1. n. 22.* W. Landr. §. Im fall aber. *ibi*: Darneben. aut nudum †
3. etiam pacto. tantùm intervenerit pactum; modo ſententia arbitri effectum habere, & partes, ut eidem pareant, ſaltem per indirectum cogi poſſint; *l. 11. §. 2. & 3. ff. h. t.* vid. Bachov. *d. pag. 1247. & ſeq.* aut, ſi Arbiter ſponte ſententiam dixerit, & partes, poſtea, eandem, vel expreſsè, vel tacitè, decendii ſcil. taciturnitate, ap-
4. Formula compromiſſi. probaverint. *l. 5. C. h. t.* Formulam † hujuſmodi Compromiſſi refert Rosbach. *in proceſſ. civili, tit. 6. n. 30* Brunnemann. *ad l. pen. ff. h. t. num. 2.* vid. Iacob. Butrig. *de arbitr. & Com-*
5. Ejus clauſulæ. *prom. num. 7.* cui † plerumque adjicitur clauſula doli; alles getrewlich und ohne gefährte; ob quam, compromiſſum, in jure etiam plenum dicitur. *l. 31. ff. h. t.* vid. *l. 11. §. 2. l. 21. §. 6 ff. b. t.* De aliis clauſulis, quæ compromiſſo adjici ſolent, vid. Molin. *de l. & l. tr. 5. diſp. 33.* Gilhauſ. *arb. jud. civ. c. 1. p. 3. §. 8. num. 1. & 2.*

1. An Compromiſſo juramentum accedere poſſit. *VIII.* Olim † frequenter Compromiſſo juramentum accedebat, quo, compromittentes, ſe Arbitri ſententiæ parituros promittebant, & Arbiter quoque, illis deſiderantibus, ſe juſtè judicaturum, jurabat; *l. 4. C. h. t.* quorum unô factô, partes ſententiæ arbitri ſtare cogebantur vel actione in factum, vel condictione ex lege, ſive utili in rem actione. *d. l.*
2. *4. §. 1. & ſeq.* quod † tamen poſtea Iuſtinianus Imperator mutavit, &, ne Compromiſſo à par-

à partibus vel arbitris juramentum accedat, ad perjuria evitanda, prohibuit; *Nov. 82. cap. 11. Auth. decernit. C. h. t.* quo † tamen non obstante, si juramentum adjectum fuerit, eidem omninò, sub perjurii reatu, standum erit; *arg. c. 28. X. de iurei. c. 2. de pact. in 6to.* maximè jure canonico, quo compromissa jurata non sunt prohibita. *vid. c. 2. & 9. X. de arbit.* vid. omninò Mol. *de Iust. & Iur. tr. 5. disp. 36. per tot.* Brunn. & August. Barbos. *ad d. Auth. decernit.* Baptist. à S. Blas. *d. tr. quaest. 35.* 5.

IX. Ut autem Compromissum sit plenum ac perfectum, & arbiter sententiam dicere cogatur, insuper requiritur, ut Arbiter electus, arbitrium recipiat. Antequam enim hoc fiat, imperfectum, & sine effectu est compromissum. *arg. l. 3. §. 1. l. 21. §. 5. ff. h. t.* Lanfr. *tr. de Arb. part. 1. n. 15.* Vnde † tempus compromisso additum non currit à tempore mutuæ promissionis partium, sed receptionis demum ab electo factæ. Lanfr. *d. p. num. 17.* vid. Blanc. *de Comprom. quaest. 1. n. 34. & seq.* Recipere autem † arbitrium quis videtur, si judicis partes suscipit, finemque se, suâ sententiâ, controversiis, impositurum pollicetur; *l. 13. §. 2. ff. h. t.* quod, quia facti est, proinde in dubio ab allegante est probandum. vid Lanfr. *d. part. 1. num. 16. in fin.* Sola † autem electi scientia, se à partibus electum esse, & ejus silentium, maximè absentis, hujusmodi receptionem probare non censetur; *arg. d. l. 13 §. 2* Lanfr. *d. part. 1. n. 18. & seq.* Blanc. *de Compromiss. quaest. 1. n 36.*

1. De Compromissi receptione.

2. Ab illa demum currit tempus compromissi.

3. Quando facta censeatur.

4.

B *vers.*

5. *verſ. contrarium.* niſi † actus acceſſiſſet, quo ejuſdem voluntas argui poſſet : v. gr. Inſtrumenti Compromiſſi, vel actorum acceptatio; *arg. Clem. un. de proc.* Blanc. *d. q. 1. n. 36. verſ. primo.* aut, ſi compromiſſum factum eſſet in Iudicio, Arbitro electo præſente, omnia audiente & tacente ; aut electus præſens, perſona eſſet conjuncta, vel ſingularis eligentium amicus, ſecundum Scacc. *de Iudic. lib. 2. cap. 2. n. 635.* Lanfr. *d. quæſt. 1. num. 19.* vid. Blanc. *d.*
6. *n. 36. verſ. Tertio.* Inviti † arbitrium compromiſſarium recipere non tenentur; *l. 3. §. 1. l. 21. §. 5. ff. h. t.* Scacc. *d. l. n. 633. ubi n. ſeq. addit limitationem.* quod ſecus eſt, in arbitris Iuris, & ſtatutariis. vid. Blanc. *d. quæſt. 1. n. 31. & ſeq.* Scacc. *d. c. 2. n. 625. & ſeqq.*

An inviti Arbitrium recipere teneantur.

1. *X.* Compromittere regulariter poſſunt omnes, qui in cauſa controverſa juramentum Iudiciale deferre, *arg. l. 1. pr. ff. quar. rer. act. non dat.* Gilhauſ. *arb. iud. civ. c. 1. p. 3. §. 2. n. 17.* Molin. *de I. & I. tr. 5. d. 40. n. 6.* aut tranſigere valent, ſecundum Lanfr. *de Arbitr. part. 3. n. 3.* Borell. *tr. de Comprom. §. 1. gl. 3. n. 267.* vid. *cap. 9. X. h. t.* ibi : *ut ſine ſpeciali mandato compromittere poßet, vel tranſigere ſuper eo.* vid. Bachov. *in Comm. ad part. 1. π. h. t. cap. 2. n. 2. ubi requirit, ut habeant legitimam perſonam ſtan-*
2. *di in iudicio.* Vnde † compromittere valent, non tantùm actionum & cauſarum domini, qui liberam rerum ſuarum adminiſtrationem ha-
3. bent ; ſed † & procuratores in rem ſuam; *arg. l. 17. §. ult. ff. de iureiur. l. 13. §. 1. ff. de pact. l.*

Qui Compromittere poſſint.

An Procuratores in rem ſuam.

25. &

25. & 55. ff. de procur. l. 9. C. eod. Lanfr. *d. part. 3. n. 7.* & † Universales omnium bonorum; *arg. d. l. 17. §. fin.* vid. Lanfr. *d. part. 3. n. 7.* Borell. *de Comprom. §. 2. gl. 3. num. 2.* Hunn. *Encyclop. Jur. p. 1. t. 4. cap. 2. num. 1. ubi requirunt generalem administrationem cum libera. per c. 4. de procur. in 6.* Nec non illi, qui speciale † ad hoc habent mandatum. *arg. d. l. 17. §. fin.* Reliqui † procuratores, si compromiserint, & dominus illud ratum non habuerit, vel ad pœnam compromisso additam, vel ad interesse conveniri possunt. *c. 9. X. h. t.*

4. In rem alienam Universales.

5. Speciales.

6.

XI. Tutores, & Minorum, Prodigorum ac Furiosorum Curatores, quod, justa ex causa, compromittere valeant, probatur *arg. l. 17. §. 2. junct. l. 35. pr. de iureiur. l. 54. § fin. l. 56. §. 4. ff. de furt. junct. l. 46. §. fin. ff. de administ. & pericul. tutor.* Lanfr. *d. tr. part. 3. num. 1. 13. & seqq.* Scacc. *de Jud. lib. 2. c. 2. n. 355. & seqq.* ita † tamen, ut si de re immobili, vel quæ eidem æquiparatur, compromissum fiat, Dd. communiter & rectè requirant legitimum Prætoris decretum. *arg. l. 4. C. de præd. minor.* Simoncell. *tr. de decret. lib. 2. tit. 6. inspect. 8. n. 71. & seqq. maximè n. 77.* vid. Scacc. *de Judic. lib. 2. cap. 2. n. 346. & seqq.* Thilmann. de Benenign. *Obs. Cam. pentecost. 4. Obs. 33. n. 2. & seqq.* Klock. *Relat. Cam. 138. pr. vers. Hoc decretum. & seq. vers. **.* Quamvis † n. Lanfr. *d. part. 3. n. 3.* scribat, ex eventu pendere, an tutoris compromissum de re immobili, vel simili, sine Decreto factum valeat; attamen ob

1. An Tutores & Curatores.

2.

3.

hanc ipſam cauſam, quod incertum ſit, an ſententia arbitri effectum ſortietur, compromiſſum non eſt validum, ut arbiter, arbitrium dicere, ac munus receptum adimplere, cogatur. *arg. l.11. §.fin. l.32. §.3.* ibi: *ſed pendeat.*
4. *ff. h. t.* Si † tamen Arbiter ſponte ſententiam dicit pro Tutore & Curatore, Adverſarius, eandem, ob hanc cauſam, haut poteſt dicere nullam. *arg. l.14. C. de Procurat.* & ita accipienda ſunt, quæ traduntur à Lanfranc. *d. l.*
5. Quæ † autem cauſæ Tutorem ad compromiſſum, & Judicem ad Decretum, movere poſſint, tradit Simoncell. *d. inſpect.8. n.75.*

1. *XII.* In cauſis Civitatum & Univerſitatum, Ipſas Civitates, & Univerſitates legitimè convocatas & congregatas, (vid. *l.3. ff. quod cui univerſ. nomine. l.3. ff. de decret. ab ordin. fac.*) communi, vel majoris partis conſenſu, *l.19. ff. ad municipal. l.46. C. de Decur.* (vid. *c.42. X. de Elect.* quod malè pro ſua ſententia adducit Lanfr. *p.7. n.111.*) aut etiam illarum Collegia, quæ totas Univerſitates repræſentant, & quibus perpetua illarum gubernatio eſt concredita, vid. Ziegler. *ad aur. prax. Calvol. §. Civitas. concluſ.1. n.71.* Carpz. *l. F. part.2. conſt.6. d.13.* vid. W. Landr. *part.1. tit.16. §.* Wa auch gantze Communen. in Arbitros compromittere poſſe, nulli dubitamus;
2. modo, ſi † illud fiat ſuper ejuſmodi rebus, quarum alienatio certam requirat ſolennitatem, eandem quoque obſervent in illarum compromiſſo. vid. Borell. *de compr. §.1. gl.3. n.282. & ſeq.*

Quis in cauſis Vniverſitatum.

& seqq. Gilhauf. *d. §. 2. n. 21.* Administratores † quoque & Syndicos Universitatum, in dubiis Illarum causis, bonâ fide, & justa ex causa, compromittere posse, colligunt Dd. ex *l. 12. C. de transact.* & ex iis, quæ, post alios Dd., tradit Gail. *2. Obs. 72. n. 11.* vid. Lanfr. *de arbitr. p. 3. n. 10.* Gilhauf. *d. §. 2. n. 23.* Borell. *d. gl. 3. n. 207.* ibi: *limita tamen non procedere in causa dubia, quia eo casu poterit syndicus compromittere.* Unde † iisdem etiam potestatem juramentum deferendi concedunt; Wesenb. *in π. tit. quod cuiusque Univers. caus. n. 8.* à quo tamen alii recedunt. vid. Hahn. *ad VVes. d. t.* Klock. *Relat. Camer. 72. n. 136. & 145.* ut † proinde tutissimum erit, hisce quoque compromittendi & juramentum deferendi potestatem specialiter dare & mandare. Cæterum † si causa, super qua compromittendum, non respicit Universitatem, quâ talem, sed singulos de Universitate, qua singulos, ut compromissum, quoad omnes, valeat, singulorum consensus est necessarius; *arg. l. f. in fin. C. de auctor. tutor. l. 28. ff. communi divid.* vid. Lanfr. *de arbitr. p. 7. n. 111.* quod † etiam obtinet in Collegiis & Societatibus Mercatorum; *non obst. d. §.* Wa auch. W. Landr. *pag. 83.* ita tamen, † ut, si causa non est individua, compromissum valeat inter socios compromittentes, sed non quoad dissentientes, vid. Georg. Eberhard. *vol. 2. consil. 27. n. 8.* Blanc. *de Compr. quæst. 7. rubr. ex persona partis. n. 8.* ibi: *quod si res erat dividua, & quilibet litiga-*

3\. 4. 5. 6. 7. 8.

bat pro parte sua, tot sunt compromissa, quot partes & personæ. vid. tamen *l. 21. pr. ff. h. t.* Si
9. inter socios fuit conventum, ut † quidam ex illis, negotia societatis omnia gerant, expediant, & liberè administrent, illorum compromissum, in societatis causa, valet quoad omnes. *arg. l. 17. §. ult. ff. de iureiurand.*

De Patre. *XIII.* Patrem, de rebus peculii filiorum suorum adventitii compromittere posse, etiam sine Iudicis decreto, colligunt Dd. *ex l. 1. C. de bon. matern.* Lanfr. *tr. de arbitr. part. 3. n. 9.* ubi scribit, omnes administratores administrationem à lege habentes, potestatem administrandi habere cum libera. modò tamen observet dispositionem *l. 8. §. 3. C. de bon. quæ liber.*

De Vasallo. *XIV.* De Vasallo, an ille de re feudali, sine Domini consensu, compromittere possit, diversæ sunt Dd. sententiæ. Affirmativam defendunt, modo id fiat sincerè & b. fide, *per cap. un. 2. Feud. 15. cap. un. 2. Feud. 34. cap. un. 2. Feud. 46. arg. c. un. §. si vasallus. 2. Feud. 26. & tit. 43.* Struv. *Exercit. Feudal. ult. th. 8.* Bachov. *ad Treutler. vol. 1. disp. 12. thes. 6. lit. α. vers. Vasalli.* Ludw. *de feud. cap. 15. pag. 388.* ibi: *tum quod compromissum alienationis species propriè non sit, cùm fieri possit, ut arbiter pro vasallo, non contra ipsum pronunciet.* vid. Georg. Schultz. *de feud. cap. 10. n. 55.* Finckelthaus. *de Feud. disp. 9. thes. 14.* Schradet. *de feud. part. 8. cap. 2. n. 48.* Klock. *1. Consil. 50. n. 12. & seqq.* vid. Schurpf. *cent. 2. Cons. 53. n. 1. & seqq.* Diss. Brunnem. *ad l. 32. §. 6. h. t.* & alii quam plurimi, allegati à Klock. *d. cons. 50. n. 4.*

XV.

XV. Episcopi & Prælati, de bonis Ecclesiæ compromittentes, Capituli adhibere debent consensum. *arg. cap. 1. & t. t. X. de his, quæ fiunt à Prælato sine consens. Capit.* vid. Borell. *de Compromiss. §. 1. gl. 3. n. 165. & seqq.* Compilat. *decis. Camer. verb. Compromissum. pag. 90.* vid. Lanfr. *p. 3. n. 12.* Thilemann. *Obs. Camer. Imper. Pentecost. 4. obs. 33. in fin.* sic in Camera consensus Capituli requisitus fuit, in Causa Fulda contra R. S. W. contra C. Klock. *Relat. Camer. 138. pr. in fin.* An Episcopi & Prælati.

XVI. Pupilli, & Minores Curatorem habentes, quod sine Tutorum & Curatorum suorum consensu compromittere non possint, dubio caret. *l. 35. ff. h. t. arg. l. 3. C. de rest. in integr.* Scaccia *de Jud. lib. 2. cap. 2. n. 310. & seqq. n. 317. & n. 333. & seqq.* Si † tamen Arbiter electus sententiam sponte dixit, in ejus favorem subsistit. *arg. l. 14. C. de procurator.* Scacc. *d. cap. 2. n. 32. & seqq.* Neque aliud dicendum esse putat Bachovius de minore curatorem non habente, *in Comm. ad 1. part. π. h. t. cap. 2. n. 2. pag. 1236.* ubi ferè in fin. hos, inquit, tantùm dicemus compromittere posse, qui rectè obligantur & idoneam personam standi in judicio habent. *& c. 4. n. 6. in fin. pag. 1264.* Boc. *class. 6. disp. 37. th. 7.* per *l. 3. pr. ff. h. t. l. 1. & 2. C. qui legit. person. stand. in iud. iunct. l. 1. ff. h. t.* vid. *l. 3. §. 8. ff. de pecul.* quamvis † alii quàm plurimi ab hac sententia recedant, & distinguant, inter actum compromissi, & causæ disceptationem coram Arbitro peragendam

1. An Pupilli & Minores. 2. 3. 4.

dam; ita ut ille quidem de rebus mobilibus, ab ejuſmodi minore, validè fieri poſſit, ſed non ipſa diſceptatio. vid. Lanfr. *d. tr. quæſt. 3. n 5.* inprimis verò Scacc. *de Jud. d. c. 2. num. 265.*
5. *& ſeqq.* In immobilibus † verò, & ſimilibus rebus, hi quoque negativam defendunt, quod nimirum ſine curatore, & Iudicis decreto, ejuſmodi minores, validè compromittere non poſſint; *l. 3. C. de his, qui ven. ætat.* Scacc. *d.*
6. *cap. 2. n. 275. & ſeqq.* niſi † pro illis fidejuſſor intervenerit. *l. 35. ff. h. t.* vid. *l. 127. de verb Obl.*
7. *l. 25. ff. de fideiuſſ.* Bachov. *d. cap. 2. num. 2.* Si † Minores, etiam cum Curatoribus, & decreto Iudicis, validè compromiſerunt, & inde læſi ſunt, reſtitutionem in integrum petere poſſunt. *l. 34. §. 1. ff. de minor.*

1. An Prodigi. *XVII.* Ex dictis patet, nec prodigos, ſine curatorum conſenſu compromittere poſſe; Gilhauſ *d. §. 2. n. 15.* Idem hodie obtinet in foro Saxonico, & Würtembergico, ac multis
2. An fœminæ. aliis in locis, quoad † fœminas; Dn. Wib. *tr. de contract. mul. cap. 3 §. 8. n. 239.* Berlich. *part. 2.*
3. *concl. 17. n. 53.* quæ, † alieno nomine, etiam jure civili compromittere nequeunt. *l. 32. §. 2. ff. h. t.* Bach. *d. cap. 2. pag. 1236.* ibi: *alieno nomine compromittere intelligo, quando mulier promittit, ſe, quod arbiter in cauſa aliorum pronunciaverit, ſoluturam, ſub conſueta pœna.*
4. An Servus. Tandem ſervus licet contrahere poſſit, ut inde ejus dominus de peculio teneatur, in arbitrum tamen compromittere nequit. *l. 3. §. 8. de pecul. l. 32. §. 8. ff. h. t.*

XVIII.

XVIII. Ex duobus compromittentibus unus si inhabilis, totum vitiatur compromissum. *d. l. 32. §. 8. ff. h. t.* vid. *l. 21. §. 11. in fin. ff. h. t.* Bach. *d. l.* Secus † esse dicitur, si tres aut plures compromiserunt; tunc enim unius inhabilitatem, totum compromissum, non vitiare, sed illud, quoad reliquos habiles, firmum & validum esse, docet Gilhaus. *d. §. 2. n. pen.* modo res, super quibus compromissum est factum, sint dividuæ, & commodè dividi possint. vid. Hart. Pistor. *Obs. 100.* Carpz. *l. F. part. 1. const. 1. defin. 16. n. 1. & 2.* Porrò † hîc notandum, quod personæ compromittentes, tempore compromissi, habiles esse debeant; & superveniens habilitas compromissum non reddat validum. Emptor in causa evictionis compromittere potest: re verò evictâ, contra venditorem, nullum habet regressum. *l. 56. §. 1. ff. de Evict.* ibi Brunnemann. vid. Blanc. *de Compromiss. quæst. 9. n. 3. & seqq.*

> 1. Si ex compromittentibus unus inhabilis.
> 2.
> 3. Quo tempore habilitas adesse debeat.
> 4. An Emptor in causa evictionis.

XIX. Arbitri eligi, & Compromissum recipere possunt omnes, qui nec ob defectum Iudicii aut sensus necessarii impediuntur, nec lege, ob aliam causam, prohibentur. Scacc. *de Jud. lib. 2. c. 2. n. 567.* Nec † refert, integræ famæ, an ignominiosi † sint; *l. 7. pr. h. t. ibi:* Brunnem. Laici, sive Clerici; vid. *l. 32. §. 4. h. t.* Lanfr. *de Arbitr. p. 2. n. 4.* vid. Hunn. *Encyclop. Jur. p. 2. tit. 40. cap. 1. n. 3. & 5.* Gilhaus. *arb. ind. civ. cap. 1. p. 3. § 4. n. 3.* Patresfam. sive Filiifam.; † *l. 5. ff. h. t.* ita † ut hi etiam in causa suorum parentum Arbitri esse possint. *l. 6. ff. h. t.* vid. *l. 77. & 78. de iud.*

> 1. Qui Arbitri Compromissarii esse possint.
> 2. An infames.
> Clerici.
> Filiifamil.
> 3.

1. **Qui impediantur.** *XX.* Impediuntur autem Furiosi, mente Capti, Pupilli, Muti, & Surdi, *l.9. §.1.* Borell. *de Compromiss. §.2. gl.4. n.23. & seqq.* Hunn. *Encyclop. part. 2. tit. 40. cap. 1. n. 11. & 12.* ubi de furioso dilucida intervalla habente. vid. *l.12. §.1.* ibi: *& perpetuò furiosus. ff. de Judic.*

2. **An Cœci.** sed † non Cœci; *arg. l.6. ff. de Judic. l.1. §.5. ff. de postuland.* Gilhauf. *d. §.4. num. 23.*

3. **An Prodigi.** Nec † Prodigi; quippe quorum vitium non impedit, quominus, in causis alienis, verum à falso, & æquum ab iniquo discernere, & de illis suam sententiam dicere possint. vid. *l.12. §. fin. ff. de tutor. & curator. dat. non obstante. l.40. de R. I.* Gilhauf. *d. §.4. n.23. in fin.*

1. **Qui prohibeantur: Servi & Fœminæ,** *XXI.* Lege prohibentur, ob statum, Servi, *l.7. pr. & §.1. h.t.* ob sexum, Fœminæ, *l.f. C. h.t.* vid. *cap.4. X. h.t.* ubi excipiuntur fœminæ Iurisdictionem habentes. vid. Lanfr. *d. tr. part. 2. n. 2.* Gilhauf. *d. §.4. n.9.* Blanc. *de Compromiss. quæst. 2. n.34. & seqq.* ubi *n.40.* agit de hermophrodito.

2. **Minores 20. annis.** Ob † ætatem, Minores 20. annis. *l.41. ff. h. t.* Hunn. *Encyclop. Jur. part. 2. tit. 40. cap. 1. num. 10.* vid. Bachov. *in Comm. ad part. 1. π. h. t. cap. 2. pag. 1237. & seq. ubi ostendit, d. l.41. non nudam relationem continere.* vid. *l.57. de Re iud.*

3. Ob alias † causas, verb. gr. ob publicam de causis illis controversis judicandi potestatem competentem, **Judices competentes.** Judices & magistratus, ad quorum notionem

nem & Iurisdictionem, controversiæ in compromissum deducendæ, pertinent; *l. 9. §. 2. ff. h. t.* vid. Petr. Barbos. *in l. 1. ff. de Jud. art. 1. n. 233. & seqq. maximè n. 236.* ibi: *Juris civilis ratio non patitur, quod ille, qui habet ius perfectum & superius in re, in eadem re acquirat ius inferius. l. 70. pr. ad SCt. Trebell. arg. l. 54. de Iudic.* Ant. Faber. *in Cod. h. t. def. 2.* vid. Bach. *d. Comm. h. t. pag. 1239.* Hunn. *d. cap. 1. n. 15. & seqq.* quod † ipsum tamen, Dd. communiter, jure canonico, mutatum esse, scribunt, *per cap. 5. 7. & 10. X. h. t. cap. 21. de præbend.* Klock. *tom. 1. cons. 50. n. 19. & Relat. Camer. 72. n. 146.* Blanc. *d. quæst. 2. n. 47.* Lanfr. *d. tract. part. 2. n. 14. in fin.* Gilhaus. *d. §. 4. n. 8. in fin.* Hunn. *d. cap. 1. n. 17.* Grõneweg. & Brunnem. *ad d. l. 9. §. 2.* 4. **An jure canonico.** Nostris † quoque Moribus, Compromissa in Iudices competentes, non tantùm licita, vid. Besold. *ad I. P. VV. disput. 1. thes. 11.* Bus. & Grönevveg. *ad d. l. 9.* Klock. *d. l. ubi, hanc in Camera receptam esse, addit,* sed etiam frequentissima esse, testantur, præter experientiam, David Mev. *1. decis. 98.* & Brunnem. *ad d. l. 9. n. 2.* 5. **An hodierno.** ita † tamen, ut Iudices in causa controversa competentes, in quos compromissum, formam quidem & modum in compromisso præscriptum observare teneantur, atque eâ ratione, juxta compromissum, verùm non ex compromisso, sed vi competentis publicæ potestatis & suæ Iurisdictionis, judicent; illorumque sententiæ in res judicatas transeant, & actiones, ac rei judicatæ exceptiones, 6. **Ejus declaratio.**

 pro-

producant; ac per consequens, ab illis appellare possit; nisi appellationi renunciatum fuerit. Dav. Mev. *d. part. 1. decis. 98. num. 3. & 4.* Brunnem. *ad d. l. 9. n. 2.* Klock. *Relat. Camer. 131. n. 3.* Borell. *de Compromiß. §. 2. gl. 8. n. 57.* ibi: *quod dicatur procedere ut ordinarius, quia potestas ordinaria est potentior & generalior.* Un-
7. de † hujusmodi compromissum, ex judice competente, nec Arbitrum compromissarium, nec Arbitratorem propriè dictum facit; (vid. tamen Carpz. *J. F. p. 1. const. 1. def. 15. in fin.*) neque alia jura de Arbitris Compromissariis specialiter constituta, in hujusmodi Arbitro locum habent. Christoph. Philipp. Richter. *p. 1. Consil 64. n. 42. & seqq.*

1. An Compromitti possit in Cameram Imperialem.

XXII. Summum quoque Imperii Judicium, quod Spiræ est, Compromissa, si vult, recipere potest; sed, hodie, illa tantùm, quæ facta sunt inter personas immediatè Imperio subjectas, ac Austregas habentes, itemque inter personas pro suis qualitatibus in prima instantia ad Cameram pertinentes. R. Absch. *de Anno 1594.* §. Als auch der *Comp.* halben. Rod. *π. Cam. lib. 1. t. 4. §. 23.* Blum. *de Proc. Cam. t. 38. n. 2.* Klok. *Rel. Cam 138. n. 1. & 2.* ubi in princ. formulam hujusmodi Compromissi in Cameram Imp. refert. vid. Tilemann. de Beningn. *Obs.*
2. *Cam. pentecost. 4. Obs. 34.* Augustissimum † tamen hoc Judicium, etiam in hujusmodi causis, vi competentis Iurisdictionis, & non ex nudo compromisso, ac non tanquam Arbitrum Compromissarium judicare, sententiamque publi-

publicare, inde dicendum videtur, quod Dd. passim scribant, hujusmodi compromisso fundari Cameræ Iurisdictionem. Klock. *d. Relat. Camer. 138. n. 2.* ibi: *Cameræ Jurisdictionem ex compromisso, in præsenti hypothesi esse fundatam.* Roding. *π. Cameral. lib. 1. tit. 4. §. 22.* Blum. *d. tit. 58.* Unde † etiam in ejusmodi Compromissi formula, sententia, quam petunt compromittentes, vocatur, ein Rechtlicher Außspruch. ap. Klock. *Relat. 138. in pr. ferè in fin.* Was auch darauff nach solchen vor- und einbringen/ bey offt gedachtem Kayserlichen Cammer-Gericht NB. mit Urtheil und Recht außgesprochen seyn wird &c. Et Domini † Camerales, in ejusmodi Compromissis, pronunciant: In Compromiss sachen N. N. &c. ist/ allem vorbringen nach zu Recht erkannt/ daß ꝛc. als wir sie auch hiermit darzu condemniren/ und verdammen. ap. Klock. *d. Relat. 138. in fin.* 3. 4.

XXIII. Præterea lege quoque prohibentur Laici, in causa spirituali, *cap. 8. X. h. t. &* ibi: *Canis.* vid. Gilhaus. *d. §. 4. n. 4.* vid. omninò Hunn. *Encyclop. lib. 2. tit. 40. cap. 4. n. 8.* & quilibet in causa † propria, *l. 51. ff. h. t.* Blanc. *de Compromiss. quæst. 2. num. 52. & seqq.* propriè & strictè ita dicta; ita ut fidejussor, in causa debiti, pro quo fidejussit, inter principalem debitorem & creditorem, & Venditor, in causa evictionis rei venditæ, inter emptorem & tertium, arbiter esse possit, *arg. d. l. 51.* secundùm Blanc. *d. q. 2. n. 61.* Baptist. à S. Blas.

1. An in laicos in causa spirituali.

2. An in causæ dominum.

Blaſ. *de Arbitr quaeſt.24.* Gilhauſ.*d.* §.*4.num. ult.* Borell. *de Comprom.* §.*2. gl.4. n.99.*

1. De numero Arbitrorum *XXIV.* De numero Arbitrorum Compromiſſariorum notandum, quod unus, vel plures, etiam duo eligi & conſtitui poſſint; qui tamen, ſi diſſentiunt, eligere coguntur tertium; qui, ſi hoc in ſe recipit, vid. Bach. *d. Comm. h.t. c.2. pag. 1244.* ſuo voto diſcrepantiam dirimat; *l.17.* §.*6. ff. h.t.* Iacob.Schult. *in addit. ad Modeſt. Piſtor. part.2.quaeſt.72. n.3.*

2. *& ſeqq.* vid. *l.28. ff. de re iudic.* quem † ipſum quidam ſuperarbitrum, *un ſurarbitre*, Mornac. *ad d. l.17.* §. *ult. h.t.* alii mediatorem, conciliatorem vel concordatorem appellant. vid. Mæſtert. *ad h.t* Hunn. *Encyclop. Jur. p.2. titul.40. cap.7. num.11.* vid. Modeſtin. Piſtor.

3. *part.2. quaeſt.73.* Si † tertius quoque diverſam dicit ſententiam, tunc reliqui hujus ſententiæ accedere, eidemque partes ſtare debent, *per d.* §.*6.* ibi: *cuius auctoritati pareatur.* Borell. *d. tract.* §.*5. gl.1. num.8.* Lanfr. *de arbitr. p.5. n.5.* B. Wurmſer. *tit.3. Obſ.5.* Hunn. *d.*

4. *cap.7. num.13.* Si partes, † ab initio, in duos ea lege compromiſerunt, ut duo illi arbitri, in caſum diſcordiæ, Titium, vel aliam certam perſonam in compromiſſo nominatam aſſumant, & conjungant, valet compromiſſum;

5. *d.l.17.* §.*5.* ſecus, † ſi in compromiſſo dixerint, quod duo illi arbitri, ſi diſſentiant, ipſi tertium eligere debeant; tunc enim compromiſſum dicitur nullum; nec Lex, vel Prætor, hic, partibus, quæ ipſæ, in caſum diſcordiæ, ſibi

ſibi proſpicere voluerunt, ſuccurrit. *d. l. 17. §. 5. cap. 12. in fin.* ibi: *ut compromiſſum de incerta perſona in arbitrium aſſumenda non teneat. X. h. t.* Schult. *in add. ad d. quæſt. 72. num. 9.* Hunn. *d. cap. 7. num. 12.* vid. Bachov. *ad h. t. cap. 2.* Jure † canonico, etiam in hoc poſteriori caſu, compromiſſum valere, illudque, 6.
apud Gallos & Belgos, frequentiſſimum eſſe, ſcribit Grœnevveg. *ad d. l. 17. §. 5. num. 3. per cap 61. X. de appellat.* Idem de Moribus Gallorum tradit Mornac. *ad d. l. 17. §. 5.* Verùm jure † Canonico, Ius civile, hâc in parte ex- 7.
preſsè approbatur in *dict. cap. 12. X. h. t.* non obſt. *d. cap. 61. X. de appell.* quippe quod de arbitris loquitur neceſſariis, nec contrarium, ſed illud ipſum, quod jus civile, diſponit. vid. Scacc. *de Jud. lib. 2. cap. 2. num. 575. & ſeqq.* An verò, † ſi quatuor electi fuerint, & in com- 8.
promiſſo dictum, quod in caſum, ſi vota paria, ipſi quintum eligere debeant; compromiſſum etiam non valeat, dubio haut caret. Negativam tamen, ut veriorem, defendit Iacob Schultes, *d. l. num. 11. & ſeqq.* Ad † hu- 9.
juſmodi itaque quæſtiones & difficultates evitandas, optimum erit, ut, ab initio, impari numero Arbitri eligantur. *cap. 1. X. h. t.* Scac. *de Jud. lib. 2. c. 2. num. 573.*

XXV. Pluribus autem Arbitris copulativè electis, omnes habiles, *l. 7. §. 1. ff. h. t.* Lanfr. *de Arbitr. part 2. n. 23.* vid Blanc. *de Compr. quæſt. 2. n. 65.* Trentacinq. *lib. 2. tit. de Arbitr. Reſol. 1. n. 4.* & præſentes † eſſe, *l. 17.* 1. Pluribus copulativè electis. Quid juris. 2.
§. fin.

§. *fin.* & *l. seq. ff. h. t.* simulque sententiam suam dicere debent; *l. 17. §. 2.* ibi: *aut omnes aut nullus. l. 18. ff. h. t. l. 39. ff. de re iud.* vid. Lanfr. *d. tract. part. 5. n. 27.* ibi: *non valebit, etiamsi postea ille tertius compareat & ratificet sententiam duorum.* ita † ut de jure civili, in foro Imperii servando, nec præsentia & taciturnitas, sufficiat, *arg. dd. ll. & l. 36. ff. de Re Jud.* Blanc. *d. tract. cap. 9. n. 55.* vid. Bachov. *d. Comm. h. t. c. 2. num. 3. pag. 1244. in pr.* ibi: *si unus præsens sententiam dicere noluit. v. c. si ut olim solebat, iuret sibi non liquere, sententiam à cæteris dictam valere.* vid. tamen Borell. *d. tr. §. 5. gl. 1. n. 10.* Trentacinq. *d. Resol. 1. num. 12.*

3. An omnes præsentes sententiam dicere debeant.

4. nec malitiosa † unius absentia pro præsentia habeatur, *arg. dd. ll.* Lanfr. *d. num. 27. & 29.* Licet enim aliàs absentis contumacia pro præsentia habeatur: *auth. Qua in Provincia. C. ubi de Crimin. ag. oport.* quia tamen hîc non nuda sufficit præsentia, & non de absentis, sed tertii agitur præjudicio, nec, qui ab æqualibus, reliquis scil. Arbitris, est requisitus & vocatus, & iisdem non paruit, contumax dici potest; *arg. l. 53. pr. & §. 1. ff. de re iud.* eapropter d. regula hîc non locum habet: sed absens quoque venire & sententiam dicere, judicis officio compellitur. *l. 3. §. 1. l. 32. §. 12. ff. h. t.* Ant. Faber. *in Cod. h. t. def. 3.* Carpz. *part. 1. const. 1. def. 14.* Trentacinq. *lib. 2. tit. de arbitr. Resol. 1. num. 3.*

5. Jure † tamen Canonico, in terris Ecclesiæ observando, tribus Arbitris electis, & legitimè convocatis, unô absque

deficiente legitimo impedimento, non comparente, reliqui duo præsentes causam cognoscere & determinare valent. *cap. ult. de arbitr. in 6.* ubi † in fine additur, quod Pontifex, quoad Judices, hac in parte, Jus Civile, (quod extat in *l. 39. de Re jud.*) incorrectum reliquerit; quo ipso satis apertè probatur, quod, quoad arbitros Compromissarios, Pontifex, Jus Civile, hâc in parte mutaverit; ut proinde, contrarium defendere, frustra laboret Mæstert. *de Justit. Roman. Leg. dubit. 50.* Hanc differentiam inter Jus Civile & Canonicum, post alios Dd., agnoscit etiam Trentacinq. *d. Resol. 1. n. 3. & seqq.* Lanfranc. *d. tract. p. 5. n. 27. & seqq.* ubi utrumque pluribus explicant. Compromisso † in certum Collegium facto, v. gr. in das Stadt-Gericht/ oder in das Hof-Gericht zu Tübingen/ non plures, & singuli de Collegio electi censentur *arg. l. 2. ff. quod cujusque univers.* Unde sufficit, si duæ Collegii partes, aut tot præsentes fuerint, ac sententiam dixerint, quot aliàs requirunt, ad ejusmodi causam decidendam; *arg. l. 3. & 4. d. t.* vid. W. Hoffg. Ordn. *part. 3. tit. 24. §. 3.* nisi constet, aliam compromittentium mentem fuisse. *arg l. 32. §. 13. & 15. ff. h. t.* 6. 7.

XXVI. Omnes Arbitri si præsentes fuerint, sed diversas sententias dixerint, standum est illi, quam major pars probavit, *l. 17. § fin. l. 18. l. 27. §. 3. ff. h. t. cap. 1. X. h. t.* vid. *l. 36. l. 39. de re jud.* vid. Mornac. *ad d. l. 17. §. principaliter.* ubi scribit, quod duobus consentien- 1. **Plures Arbitri si diversas dicunt sententias, cui standum.**

tibus, illorum ſententiam ſubſcribere teneatur etiam tertius, cujus opinio in judicando fuit contraria. Ne enim hujuſmodi res ſine exitu ſint futuræ, non ponderanda, ſed numeranda ſunt plurium arbitrorum ac Iudicum
2. vota. Hinc † ſi duo Arbitri decem, unus verò quinque à Reo Actori ſolvenda eſſe arbitrati fuerint, valet ſententia in decem. *cap. 1. de Arbitr. in 6t.* Scaccia *de iud. lib. 2. cap 2. num. 576.* Bachov. *ad 1. part. π. h.t.* Diſs. Accurſ. & Ant.
3. Faber. *ad d. l. 27. §. 3.* Qui † enim hîc in decem conſentiunt, illi in minorem quidem ſummam etiam conſentire cenſentur, *l. 27. §. 3. h.t.* ſed non aliter, quàm ſi ſententia in majorem valere nequit. Naturaliter quidem, & arithmeticè, major ſumma ſemper continet minorem, ita ut, qui decem habet, etiam habeat quinque: ſed civiliter & intentionaliter, habito reſpectu ad diſponentium voluntatem & intentionem, major ſumma non ſemper continet minorem, & qui conſentit in decem, non ſemper & purè conſentit in quinque. *l. 52. locat. l. 120. de V. O. l. 5. §. 3. & ſeqq. ff. mandat.* Grœnew. *ad d. l. 27. num. 3.* Zœſ. *h. t. n. 26.*
4. Cæterùm † ſi Primus XV. Secundus X. & Tertius V. arbitratus fuerit; quia nullius ſententia per ſe ſubſiſtere poteſt; eapropter recurrendum eſt ad conjecturatam illorum voluntatem, & ad id, quod, in hunc caſum, veriſimiliter omnes probârunt, ita ut hîc ſententia valeat in minimam ſummam, quinque nim. *l. 27. §. 3. h. t. l. 38. §. 1. ff. de re iudic. c. 1. de arbitr.*

bitr in 6. vid. Mæſtert. *in var. ſuis trr. de arbitr. quæſt. quid ſi in duos compromiſſum.* ubi ſcribit, hujuſmodi in caſu, quo omnes diverſas dixerunt ſummas, multis in locis, nullius ſententiam valere; nec in minimam; in aliis verò mediam ſummam præſtandam. vid. etiam Mornac. *ad d. l. 27. § 3.* Si ſinguli, † non quoad quantitatem, ſed aliâ ratione, diverſas dixerunt ſententias, aut ſi, quatuor electis, vota ſunt paria, nullius laudo ſtandum. *d. l. 27. §. 3.* Blanc. *d. tract. quæſt. 9. n. 57.* quod ſecus eſt in Iudicibus vid. *l. 28. & l. 38. pr. ff. de re jud.* vid. Blanc. *d. l.* 5.

XXVII. Plures ſi non copulativè, ſed alternativè electi fuerint, unius inhabilitate, vel abſentiâ, nec compromiſſum, nec reliquorum ſententia vitiatur. *l. 8 l. 17. §. 4. ff. h. t.* vid. etiam *l. 32. § 13. ff. h. t.* & Bachov. *in d. Comm. h. t. cap. 2. num. 3. verſ. & hoc iterum non uno modo &c. pag. 1240.* vid. omninò Trentacinq. *d. Reſol. 1. n. 9.* I. Pluribus alternativè electis.

XXVIII. Objectum ſunt omnes cauſæ controverſæ, *l. 13. §. 3. l. 19. §. 1. l. 43. ff. h. t.* quæ exceptæ non inveniuntur. *arg. l. 32. §. 6. & 7. l. 43. ff. h. t.* Lanfr. *de arbitr. part. 4. in fin.* Carpzov. *tract. de proceſſ. tit. 2. art. 3. n 39.* Gilhauſ. *arb. Jud. civ. cap. 1. part. 3. §. 2. n. 1.* Hunn. *Encyclop. part. 2. tit. 40. c. 4. n. 1.* etiam in judicium jam deductæ; in quacunque judicii parte verſentur. Lanfr. *de Arb. p. 7. n. 107.* Scac. *de Jud. l. 2. c. 2. n 31.* Excipiuntur a. (1) delicta † famoſa, vel famoſæ actiones ex deli- I. De Objecto Regula. 2. Excipiun-

tur: Delicta famosa, cto venientes. *l.32. §.6: ff. h. t.* ne scil. de illis quasi judicialiter condemnati, infamiam evitent. *arg. l.63. ff. de furt.* vid. *l.1. l.4. §.ult. & l.seq. ff. de his, qui not. infam. junct. l.13. §.5. ff. de his, qui not. infamia.* idque† sive ex hu-
3. etsi de illis civiliter agitur. jusmodi delictis criminaliter, sive civiliter, famosis tamen remediis agatur. *arg. d. l.32. §.3. h.t. junct. l.8. ff. de publ. in rem act.* non obst. *d. l.13. §.5. de his qui not. infam.* Ioan. à Sand. *lib.5. decis. Fris. tit.8. def.6.* ibi: *vel de actione ex delicto famosa, veluti furti, iniuriarum, arbiter sumi non possit ex compromisso.* Diss. Lanfr. *d. part.1. n.1. & seqq.* Blanc. *de Compromiss. q.4. num.26.* Scacc. *de Jud. lib.2. cap.2. num.30.**. Brunnem. Ant. Faber. Grœneweg. *ad d. l.32. §.6.* Hunn. *in Encyclop. Jur. lib.2. tit.4. c.4. num.4.* Unde sub hac† exceptione
4. An Actio L. Aquil. non continentur Actio L. Aquil. vid. Blanc. *de Compromiß. q.9. num.78.* ubi addit, in hac actione, Arbitrum, ob Rei inficiationem, eundem in duplum condemnare posse. Actio rerum amotarum, & Condictio furtiva. *arg. l. pen. ff. ad L. Aquil. junct. l.2. ff. rer. amot. l.36. ff. de O. & A.* (2.) Excipiuntur†
5. Causæ Publicorum Iudiciorum. Causæ publicorum Judiciorum. *d. l.32. §.6. ff. h. t.* Ad Magistratus enim spectat curam, ut in his surgat ad vindictam; idque ut disciplina & securitas publica servetur, malorum mores corrigantur, aut licentia illorum comprimatur; *l.13. ff. de Offic. præsid. l.51. §.2. ff. ad L. Aquil. l.9. §.5. de publican.* quam ipsam

psam ob causam, quibusdam in locis, privati nec ad illarum accusationem admittuntur, sed tantum Fiscales Regii sive publici. vid. Mornac. *ad dict. l.32. §.6.* Grœnew. *ad l. 18. C. de transact.* (3.) Actiones † populares, *d. l. 32. §. 7. in fin.* vid. *l. 1. ff. de popular. act.* (4.) Causæ † Status de libertate & ingenuitate. *d. l.32. §.7.* (5.) Restitutiones † in integrum. *l. ult. C. ubi in integr. restit.* ibi Brunnem. *n. 2. & 11. cap. pen. X. de restit. in integr.* nisi coram arbitris petitæ fuerint incidenter. *d. cap. pen.* Lanfr. *de Arb. p. 4. n. 11.* Wurmser. *lib. 1. tit. 3. Obs. 3.* Brunnem. *d. l. n. 11.* Blanc. *d. tr. quæst. 4. n. 15. & 18.* Præterea † super quæstione, an quis restituendus sit, compromissum fieri posse, post Gloss. existimant multi: vid. Hunn. *d. cap. 4. num. 18.* sed contrarium veriùs, & commune esse, ostendit Blanc. *d. tr. quæst. 4. num. 16. ferè in fin. vers. contrariam.* vid. Wurmser. *d. obs. 3. in fin. per d. l. f. & d. c. pen.* (6.) Causæ matrimoniales. *cap. pen. X. de rest. in integr.* Gail. *2. Obs. 94. n. 14.* Lanfr. *d. tr. p. 4. n. 5.* (7.) Excipiunt Dd. causas † omnes, de quibus transigi nequit; Hunn. *d. cap. 4. n. 2.* ut sunt res judicatæ, *c. 11. X. h. t.* Hunn. *d. c. 4. n. 28.* ubi in præcedentibus plura adfert exempla.

6. Actiones populares.
7. Causæ Status.
8. Restitutiones in integrum.
9.
10. Causæ matrimoniales.
11. Res judicatæ.

XXIX. Ratio, qua Arbitri Compromissarii sunt, quod sunt, & qua ab aliis distinguntur, est privata ex compromisso accepta potestas, causas controversas, quasi judicialiter cognoscendi, easque libero suo arbitrio definiendi

I. Differentia specifica.

atque

atque determinandi; *l. 1. l. 17. §. 3. l. 19. ff. h. t.*
2. vid. *praced. §.* . . quam ipſam † poteſtatem non nulli notionem, Berlich. *part. 1. concl. 4. n. 15.* Baptiſt. à S. Blaſ. *de arbitr. q. 1 n. 2.* alii verò Juriſdictionem conventionalem, appellare ſolent; Carpz. *de proceſſ. tit. 2. art. 3. n. 36.* quamvis impropriè & abuſivè. Scacc. *de Iudic. lib 2. c. 2. n. 11.* ibi: *non videre rectè locutum, dum ſentit, hos arbitros de communi partium conſenſu electos habere Jurisdictionem conventionalem.* Hu-
3. juſmodi † n. arbitri quà tales nullam habent Iuriſdictionem; *arg. l. 3. C. de Idict.* Berlich *p 1. concl. 4. n. 15.* Modeſt. Piſtor. *part 2. q. 70. n. 1.* Scacc. *de Iudic. lib. 2. c. 2. num. 9. & alii citati ab* Hunn. Encyclop. *Iur. p. 2. t. 40. cap. 6. num. 1.*
4. quo † ipſo etiam differunt à Magiſtratu & Iudice, etiam ex prorogatione partium competente. vid. omninò Petr. Barboſ *ad leg. 1. ff. de Iud. art. 1. n 246. & ſeqq.* Item ab Arbitris † Iu-

Qua diſtinguuntur à Iudice.

5. ris, & Statutariis ſive Neceſſariis. Berlich. *d. concl. 4. n. 16 & ſeqq.* Mynſ. *4. Obſ. 68. n. 10. & 11.* Scacc. *d. c. 2. n. 6.* Hunn. *d. c. 6. num. 2.* ubi hanc conſtantem eſſe Dd. ſententiam addit. Modeſt. Piſtor. *part. 2. q. 70. & ibi in not.* Iacob. Schultes. ubi idem ſtatuunt, de illis, qui eli-

Ab Arbitro Neceſſario.

6. guntur, ex neceſſitate † pacti Illuſtris Familiæ, Regalia & Ius territoriale habentis. Hâc ratione etiam differunt à Mediatoribus & Arbitratoribus, vid. *l 13. §. 2. h. t.*

Ex pacto Familiæ Illuſtris electo.

1. *XXX.* Ex dicta ratione, ſua ſponte ſequitur, illos, qui à partibus, eâ lege, ſunt electi, ut

Ab illis, qui ſecundum

ut producta acta colligant, illaque, causâ conclusâ, ad certum ICtorum collegium transmittant, atque, secundùm illius responsum, laudum seu sententiam dicant, propriè Arbitros Compromissarios non esse. *arg. l. 17. §. 13. & l. 19. ff. h. t.* vid. Lanfr. *de Arbitr. part. 5. num. 1.* Thomin. ap. Modest. Pistor. *p. 2. quæst. 71. n. 1. & seqq.* & Iacob. Schultes *ibi in addit. num. 8. 10. & 11.* Cæterùm † si in compromisso hoc tantùm dictum sit, quod arbitri, habito consilio Titii, vel certi alicujus Collegii, sententiam dicere debeant, & compromissum subsistit, & electi veri sit arbitri. Licet enim hujusmodi in casu Arbitri, consilium illud necessariò requirere teneantur; Illud tamen sequi non necesse habent. *cap. 7. X. de arbitr.* Iac. Schult. *ad d. q. 71. n 6. & 7.* Lanfr. *d. p. 5. n. 2.* Borell. *de Compromiss §. 2. gl. 6. n. 75.* Idem † Dd. statuunt, si dictum sit, quod Arbitri sententiam dicere debeant secundum Consilium Sapientis, vel Collegii ICtorum, nulla certa persona, vel Collegio certo nominato, sed ejus electione Arbitris relictâ. Lanfr. *d. p. 5. n 3.* Borell. *d. tr. §. 2. gl. 6. n. 76.* cui tamen † sententiæ adhuc obstant, *l. 17. §. 3.* ibi: *& puto, tale arbitrium non valere, in quo libera facultas arbitri sententia non est futura. & l. 19. in pr. dummodo dicat quod ipsi videtur. h. t.* nisi dicamus, etiam hoc in casu, in Arbitrorum arbitrio esse, an Consilium, quod impetrarunt, sequi, an verò & ab aliis Consilium petere, & postea secundum illud, quod ipsis æquiùs visum fue-

certi Collegij responsum laudum dicere tenentur.

2.

3.

4.

